

τοιμην μόνοις μὴ τῇ Εὐλείων εἰς Κερασοῦπα μὴ αἴσθατες εἴτε, εἰνὶ μὲν σωὶς ιδεῖς, ἀφινέσθαι. Τοῖς δὲ νεκροῖς, οἷς περιέσθαι αἴτιοι κατακαύοντες εἰς κέλυθον θάψειν, Τούτους διεπεριχέσσοντο μηδὲ σωὶς κύρικος ἐπὶ αὐτοῖς ἔναντι αἰτεῖσθαι. Πότε δὴ εἰς θελήσοντες ξένας, κύρικας αἴτεποντος; αὐτὸν ήμεῖς Κερασοῦπαν τοῦ Φαντασίου εἶδεν θεματινούς· οὐδὲ οὐκ καλῶς ἔχει τοῦτο, δοξάτω οὐδὲν ἄντα, οὐδὲ τοιούτων εὐσεβίων, καὶ φυλακήν ιδία πικήν τε, καὶ τὰ ἐρυθρὰ ψαροδίξια πεισθεῖ τοῦτον σκληροῦ· εἰ μέτι δούτοις θεκάν, αλλὰ μὴ αὐτόπτων εἴ) τὰ τοιαῦτα ἔργα

σποτεῖπε πᾶν τοῦτον αὐτῷ εἰ δὲ μή, τοεὶς Διοῖς, πᾶς ἡ θεοῖς θύσιαμδρος οὐδέως ποιεῖται ἔργα δοεῖς, οὐδὲ πολεμίοις πᾶς μαχούμεθα, λιγὸς ἀλλότιος κατακείνομδρος πολιτις δὲ φιλία περιμένεται, οὐδὲ πᾶς αὐτὸρας τοιούτων αὐτὸν μίαν ἐν ήμεροις ἀγοραῖς δέ τοις ὑπεριστρέψειν, λιγὸς τὰ μέγιστα τοιαῦτα θέμαδροντανούτες φανώμεθα· οὐ δὲ δὴ πάντα οὐδὲ ταῦτα εἰπεῖν εἰπάντον, πότε αὖτις Τοιούτοις ὄντας εἰπεῖν οὐδὲν, ημεῖς μὲν γὰρ οὐδὲ οὐδὲ πονηροῖς αὐτοῖς φάνειροι εἴ) Τοῖς τοιαῦτα ποιοῦμεν.

E A D E M L A T I N E,

Romulo Amasæo interprete.

AVdio, milites, nonnullos esse qui me apud vos in inuidiam rapiant, quum dicant operam me dare ut intra Phasin vos dolo circumuentos deducam. Audite nunc me, per deos immortales vos obtestor, ac deinde si me scitis decretisque vestris fraudem villam facere iudicaueritis, nihil deprecor quin antequam ē vistro conspectu discedam, de me supplicium sumatis: sin eos qui me criminantur, planè cognoveritis id dare operam ut me per calumniam euertant, illos ut dignum est tractate. Neminem omnino vestrūm esse opinor qui vbi sol oriatur, atque vbi idem occidat, ignorat: aut qui non planè norit, eos qui in Græciam nauibus eant, ad occasum nauigare: contrā verò ad ortum, qui in Asiam contendant. Ecquis, obsecro, in re tam perspicua vobis imponat, persuadeatque & ibi oriri solem vbi occidit, rursusque occidere qua in parte oritur? Atqui & illud scimus omnes, aquilonem in Græciam, austrum ad Phasin nauigantibus secundum esse. Nam & inter vos illud crebrò usurpatum, flare nunc aquilonem: nauigia si parata essent, vehi vos in Græciam secundissima tempestate posse. Quis igitur tam ad fallendum callidus & paratus, ut soluere austro flante vos inducat? At vos tunc nimirum concondere iubebo, quum à ventis fuerit trāquillum mare? Atqui non pluribus ego nauibus quām vna vehi possum, & vos, ut minimū, singulas naues in cohortes descripti occupabitis: quī possim igitur vos cogere, ut inuiti me sequamini? Sed esto, decepti à me, & quasi præstigiis quibusdam circumuenti, Phasidis ostia vna mecum intretis: quid quum iam descenderimus? ex ipso regionis habitu non intellegitis credo, non esse eam Græciam. Ibi vnum ero qui vos deceperō: vos verò decepti, ad x millia hominum, armati: & possim ego existimare me vobis ineritas pœnas non daturum: aut in quem vñquam anima huerteretur, si non in eum, qui ita sibi ipsi ac vobis simul male consuluerit? At sunt, nūhi credite, hi sermones non stultorum magis, quām inuidientium quod vident mihi à vobis honorē haberi. quo sanè nomine nō iure mihi illi inuident. Cui enim ego obssisto quominus aut quæ recte sentiat, liberè dicat: aut pro vobis, si velit, pugnet: aut postremō res vestrarum vigilantia studiōque suo tueatur? Iam verò cui ego aduersor, quin imperium suffragio vistro cōsequatur? Per me quiuis imperet licet, modò ut appareat antiquissimam illi vestrorum esse commodorum rationem. Atque hæc quidem mihi contra maleuolorum crimina dicta sint. Quod si quis vel se decipi iudicat, vel alium quemuis, prodeat & vos aperte doceat. Nunc quum de his satis, non ante vobis censeo discedendum quām quæ nuper acciderunt, cognoscatis: quæ si latius, vti cōperunt, serpserint, vobis primo quoq; tempore salutare quodpiā consilium inēdūm existimo, ne flagitiosissimi omnium ac turpissimi reperiāmur, ac in deorum atque hominum, neque magis hostium quām amicorum offenditionem incurramus. Et paulo pōst, Scitis, inquit, in barbarorum hisce montibus vicos esse in Cerasuntiorum fide, è quibus ad nos certi homines descendere, & viictimas vendere, atque alias huiusmodi res quibus ipsi abundantēt, soliti fuerant. Vestrūm etiam existimo nonnullos in proximum vicum aliquando nundinandi causa venisse. Id quum Clearatus centurio animaduertisset, ac planè videret vicum eum & paruum esse, & nullis firmatum præfidiis, quod à nobis incolæ nihil plus quām ab amicis metuebant, noctu, quum nihil nostrūm cuiquam ea de re dixisset, eō diripendi spe impulsus contendit. Statuſat autem si vicum cepisset, neutiquam amplius in

castra redire sed quum eius cōtubernales nauī fortē proximum littus legerent, in eam
 præda omni imposta, è Ponto aufugere: atque eius consiliū iidem, quod nunc demum
 intelligo, contubernales participes erant. Quoscunq; igitur potuit ad facinoris socie-
 tam adducere, cum iis ad vicum oppugnandū perrexit. Sedenim quum non potui-
 set ante lucem eō peruenire, patesfactis insidiis, tota ea vicinitas ad propulsandam iniu-
 riā cōcurrerit, ac de superiore loco missilibus ac gladiis nostros reiecerunt: ē quibus &
 Clearatum, & ex eius cohorte non paucos occidere, multi Cerasuntē configerē. At-
 que hæc eo ipso die gesta sunt, quo nos pedibus huc mouimus. Erant ex iis qui adna-
 uigabant nonnulli, qui Cerasunte nondum soluerant: quum interea (quemadmodum
 Cerasuntii narrant) ex eo vico venere legati tres de natū maximis, ad exercitum nostrū
 à suis missi: quem quum illic non offendissent, apud Cerasuntios mirari se planè dixe-
 runt quid ita nobis in mentem venisset sibi bellum inferre. Eos se docuisse aiunt Ce-
 rasuntii, non esse id commissum publico consilio: ac illos, quum id audissent, lātatos,
 fuisseque ad nos nauigaturos, vt de tota re nos docerent, atque vt cadauera, si reperisse-
 mus, ad sepulturam concederent. Id quum rescesserint, qui paulo antē ex illa clade Cera-
 suntem aufugerant, obseruato legatorum itinere, & ipsi priores in eos lapides iecerunt,
 & alios vt iacerent incitarunt. Tres itaque legati, grandes iā natu, lapidibus obruti sunt.
 Hæc quū ita se haberēt, veniunt ad nos Cerasuntii, ac rem totam renuntiant. Omnes
 quidem duces vehementer commoti sumus: interea verò dum de Græcis sepeliendis
 consultātes, cum Cerasuntiis extra præsidia nostra staremus, de improviso ad aures tu-
 multuosissima vox perfertur clamantium, Cæde, cæde, iace, iace: ac simul multos in-
 cursantes videmus, quorum partim lapides iam arripuerant, partim humo tollebant.
 Cerasuntii nempe, qui quæ paulo antē apud se acta erant, adhuc quasi in oculis fere-
 bant, cum trepidatione & cursu ad naues configuiunt: & planè ex nobis etiam fuerunt
 qui nonnihil metuerent. Ego ad illos tamen accedens, quid rei esset quæsiui. Quorum
 multi planè quid agerent nesciebant, quum lapides tamen manibus tenerent: nactus
 tandem hominem rei non ignarum, ex eo audio ab annonæ præfectis exercitum iniu-
 riosissimè tractari. Atque interea Zelarchum, qui è præfectis annonæ vñus erat, qui-
 dam ad mare configientem conspicatus, magna voce cæteris signum dedit: vniuersi
 verò, non aliter quām aprum aut ceruum venatores solēt, hunc sunt inseguiri. At Ce-
 rasuntii in se impetum fieri arbitrati, quum illos viderent aduersum se currere, statim
 terga vertentes, non prius à cursu destiterunt quām se in mare abiicerent, quò & de no-
 stris nonnulli irruerūt, ac planè omnes qui minus natare sciebant, periire. Quid autem
 eos peccasse putatis? Id sane metuerunt, ne illi in se quasi in canes rabie incitati ruerent.
 Quòd si in his connueamus, facile existimare potestis, qui sit status futurus vniuersi
 exercitus. Penes vos certè nō erit amplius, aut suscipiédi contra quos velitis, aut, vbi vi-
 sum fuerit, finiēdi belli autoritas: sed priuato consilio quilibet quocunque voluerit co-
 pias ducet. Ac sic qui populi ad nos, vel de pace, vel quauis alia de re legatos miserint:
 eos, erunt qui antē opprimat quām quid afferant cognoscere possimus. Adhæc, duces
 vestris omnium suffragiis creati, nullo loco erunt. Qui verò se ipsum ducem legerit, ac
 vocem illam usurparit, lace, iace, is nostrum quemuis siue ducem, siue gregarium mi-
 litem nactus, si modò sint qui ei pareant (vt nunc accidit) indemnatum de medio tol-
 let. Ac nunc quid sit actum ab hisce qui se autoritate sua duces crearunt, considerate.
 Zelarchus annonæ præfetus, si quid in vos commisit, impunè abiens iudicium sub-
 terfugit: sin vos ille nihil omnino læserat, veritus ne paucorum impetu sine ullo iudi-
 cio opprimeretur, fuga saluti suæ consuluit. Iam verò qui legatos lapidibus obruerunt,
 nos planè solos è Græcis Cerasunte excluserunt, nisi forte armis irrumpercere conemur.
 Nam quod ad nostrorum cadauera attinet, quæ illi ipsi qui cædem fecerant, vltro nos
 tollere ad sepulturam iubebant: ea certè, ne caduceum quidem præferentibus repetere
 satis tutum futurum est. Quis enim ad illos audeat cum caduceo venire, quorum cadu-
 ceatores occiderit? At nos Cerasuntios vt cæsos sepelirent rogauimus. Hæc igitur recte-
 ne, atque ita ut ius fāsque sit, gerātur, vos existimate. Nam si ita vilum fuerit, priuatim
 sibi quisque ab hac hominum insolentia cauebit: ac quocunque venerit, vt superiore
 ac munitiore loco tabernacula habeat, operam dabit. sin ferarum hos esse mores non

hominum statuitis, cogitare debetis quæ sit futura huius licentiaæ coercenda ratio optima. Nam vt nunc res est, qui aut rem diuinam facere bona cum spe, qui deorum fide ac religionē tam impie ac nefariè violauerimus: aut cum hostibus alacriter ac fidenter pugnare possumus, qui nostros tam crudeliter opprimamus? Vel quæ nos ciuitas recipiet, quum nostra fuerit omnibus testata immanitas? Et quis nos iam ad forum suum admittet, quos rescerit nulla verecundia absterritos quin socios grauissimis iniuriis affecerimus? Postremò neque laudem (opinor) amplius, cuius fuimus semper maximè appetentes, ullam consequemur. quis enim talibus vnquam hominibus laudis ullam genus impertiatur? Nos certè, satis scio, improbos ac sceleratos appellaremus, quos hūscemodi culpæ affines fuisse intelligeremus.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Quæstione habita, animaduersum est in ducum delicta, & multa aliquot eorum dicta. Ibi postulatus est Xenophon, quod in milites suis sit durior: & extiterunt quidē nulli qui se ab eo cæsos quererentur. Is primum altercatione atque interrogatione, deinde hac oratione in conuentu habita, causam dixit. factum non inficiatur, sed recte factum defendit: negat aliter incolumes esse potuisse eos ipsos quibus plagas inflixerit, nemud ut salua esse potuerit disciplina militaris in illorum impunitate. itaque factum ipsum narrat, & tria exempla id genus refert. Post, argumentis probat iure id à se fuisse factum. Postremum, indignū sibi videti dicit commemorari leues animaduersiones, sepeliri vero obliuione sua beneficia.

EΓΩ, οὐδεὶς ὁ μολοχὸν πάγου δὴ αἴρεις πολοὺς ἐ-
νεκαὶ ταξίδιος, οἵστιοι εἰσὶ μὲν ἡρεῖς δὲ ὑμᾶς, εἰ ταξίδιοι
τοῖς ιόντων καὶ μαχαιρῶν ὃ ποὺς δέοις αὐτοὶ δὲ λιπότες
ταῖς ταξίδιοις, τοῖς θεόντες δραπάζειν ἥθελον, καὶ ὑμῖς πλεο-
νεκτεῖν. εἰ δὲ τόπο πάντες ἐποιεῖθεν, ἀπάντες αἱ σπαλό-
μεδα. οἷδη καὶ μαλακοὶ ὅρμον πάντα καὶ ἐπειλούτα
αντασθεῖται, αἰλαὶ τεστέμφον ἔστιν τοῖς πλεομένοις, καὶ
ἔπαισαν καὶ εἰσασάμενοι προβέβαθαι. οὐδὲ διηγεῖται χειρῶ
ντα καὶ αὐτὸς πάπιτε αἰσθίμων πναὶ συσθιαζομένοις, καὶ δε
ζόμενος συχρόνον, κατέπιασθαι αἴστας μόχις καὶ τὰ
στέλλη μόχις ἐπεινάσ. ἐμάντειοι οὖν πεῖσθαι λαβώντες
τύπου, καὶ μήνιον ὅπειδομεν καθέθεμον καὶ βλακεύοντα,
πλαυσον. ποὺς δὲ κατέπιεν καὶ αἰσθίζειται παρέχει σφριμά-
σται πνὰ καὶ μέχρι πνατοῦ ποὺς δὲ κατέπιεν καὶ πονχάλιον
έφορων ὕπαντρον ὃν τοὺς ἐποπτηγραῦθαι τὸ αἷμα, καὶ τοὺς
ἀποπιπεῖται τοὺς δὲ ποδῶν δεκτύλοις ἀσφαλεῖς πολοὺς καὶ
ὑμῖς ιστε παρόντας. ἄλλοι δὲ γε ἵστανται στολεπισθέμον δέσ-
μοι πατέσιν, καὶ κρανίον τα καὶ ὑμᾶς τοῖς τεσθεῖν καὶ ὑμᾶς
τοῖς ὅπισθεν πορθεῖσθαι, ἔπαισα ποὺξ, ὅπας μὴ λόγχη ὑπὸ^τ
τοπολεμίων παροιητεῖ γε οὖν γενεῖται αὐτὸς σαθεῖσν,
εἴπιτο οὐδὲ ἐπαθον ταχεῖται πίκαμον, δίκινον λαβεῖν εἰ
δὲ διπλοὶ πολεμίων ἐργάνοντο, πιμέχα αὐτὸς ταπαθον
τοὺς δίκινον μέσων λαμβάνειν: ἀπόποι μοι οὐδόγερος. ἐγὼ
δὲ εἰ μὲν εἰπεῖ πάραθεν ἐκόλαστο πνὰ, ἀλλὰ διπλόν δι-
κινον οἷαν καὶ γονῆς ψύσις καὶ διδάσκαλοι πατοῦν. καὶ γε οὐτοὶ^τ
τοῖς τελεοῖσι καὶ καροῖσι ἐπειπάθει. εἰ δὲ οὐτεις τομῆτες
μετέποτε ταχεῖται πίκαμον καὶ δικάστην τοὺς δίκινον αἰγα-
θῶν μάτιον η τοὺς κακοὺς μεμνηθεῖ.

Τοῖς θεοῖς μᾶλλον η τόπε, καὶ θρασύτερος εἶμι γε η τόπε, &
οὗνον πλέιω πίνα. ὅμηρος οὐδέποτε παιών. οὐ δέδια γε διει-
νόμενος ὄτα δὲ χριστον η, καὶ ταλαθτα μεγάλη ὄπιφέρον, οὐχ
οὐδὲ περὶ ὅπι καὶ θύματος μόνου ἐνεκαὶ χαλεπαγνεῖ
μὲν ταφορεις τοῖς οὐ ταφορέ, χαλεπαγνεῖ δὲ πιβερύτης
τοῖς οὐ φρίμην, ικαναὶ γε οὐ τοιούτης μικρά σιμιδοτ-
θέντα παντες σωπετεψει. οὐτοὶ δὲ μικράς ἐπιπονούσι
καὶ ύμεις κατεδίκοστα πάπιτε. εὔχοντες γε οὐ νήφοτε, διη-
πλαπαρειτίκεπτε, καὶ οὐδὲν ιμέν διπλοκυρεῖν αὐτοῖς, εἰ δέ
λεθερόδημα μαδία οὐτε πούτοις ἐπεκουρεῖτε, οὐτε σωθέμοι
τὸν απακπωτα ἐπειγετε. Σιδηροῦν οξοπάναν ἐπιπονούσατε
τοῖς κακοῖς καθέθη, οὐβέλειν εἰδύτες αὐτοῖς. ομαγ γε, εἰ η-
θέλετε σποποῖς, τοῖς αὐτοῖς θύροτεδηματού τόπε κακοῖς, γε ταῦ
μεταστάτοις. Βούσιος μὲν οὖν ὁ πόκτης οὐ Θεσπαλὸς τόπε μὲ
δημάχητο, οὐς κακοὺς, ασπίδαι μὴ φέρειν γεννόδι, οὐς ε-
γὼ αἰνιώ, Κοτυωερόθη πολοὺς διπλέδυνεν. αὐτοῖς παφρο-
ντηπε, Σιντρο ποντανά ποιητεῖ η τοιούτας ποιοδιτ. Τοῖς δὲ
γε κύνας τοῖς χαλεποῖς ταῖς μὲν ἡμέρας δεσμεύονται, ταῖς δὲ
νύκτας αφίασται τοντοῖς, αὐτοῖς παφροντηπε, η τούκται μὲν δίστετε,
θετούμενοι αφίασται τοντοῖς, η τούκται μὲν δίστετε,
απαγόρωμα, μεμνηθεῖσι οὐ σταπάτε. εἰ δέ τοι η χριστοί
ἐπεκουροτούσι πολέμων απίρυξα, η αδειονούτη η ἀπορρήτη
σπαξεδημόποροτε π, Σιντρο γε οὐδέποτε μεμνηθεῖσι. οὐδὲ
παντα λαβεῖ ποιοδιτα η τούκταις, εἰδήσεισι, εἰ πινταλα αἰγα-
θῶν οὐτα επιμοτα αἰσθάνατα, οὐδὲ πούτον μεμνηθεῖσι. ηδη
μετέποτε ταχεῖται πίκαμον καὶ δικάστην τούς δίκινον αἰγα-
θῶν μάτιον η τούς κακοὺς μεμνηθεῖσι.

Eadem Latine,

Romulo Amaseo interprete.

EGO multos me fateor pulsasse, quod ab illis ordinem deserit videbam: quibus, si
conseruato ordine pugnassent quoties ita res tulisset, satis esse poterat, si vestra ma-
xime opera salui essent: at illi, quum maiorem quam vos prædā asportare cuperet,
sepius ex surrebant: quod si idem fecissemus omnes, plane perissemus omnes. Quin
S.iii.

torpentē nescio quē ac desidentē quū offendissim, quīque se vltō hostibus præ inertia dediturus videretur, illum ego pulsauī, & eque erigere ac progredi iussi. Ex meipso enim intelligebā, in magna hyemis acerbitate desidendo, tanto inertiora ac pigriora corpora reddi: qui si forte paululū commoratus essem, vt fit, eos qui sarcinas colligerent expetans, sentiebam crura præ frigore obtorpescere. Meo itaque periculo doctus, vbi se quē pigritiæ dedentem ac quasi frigore stuporem vidisse, illum ego commouebam, quod intelligerem motu ac virili quadam corporis exercitatione recalescere membra, & humorem euocari: contrā verò efficere quietem & tarditatem, vt sanguis quasi gelu concretus intabescat, atque ex eo (quod ipsi multis accidisse scitis) pedum digiti obrigescant. Sed & alium quem fortasse inertia ac torpore contractum, per quem neque principia agminis progredi, neque strenue sequi poterant qui in tergo erant, pugno verberauī, ne hasta videlicet ab hostibus confoderetur. Atque his quidem omnibus licet per me seruatis, siquid se lassos putāt, à me pœnas repeteret. Quod si in hostium potestatem venissent, quid tam graue essent passi, vt eo nomine eum à quo violati essent, iudicio persequi possent? Postremò, si vt illis bene consulerē, sui in plectendo seuerior, nihil recuso quin iis easdem pœnas quas liberis parentes, pædagogi pueris: quando & medici grauius laborātes, utilitatis causa vrunt & secant. Quod si me existimatis petulantia impulsum horum quenquam pulsasse, illud vobis attendendum est, quod multo nunc prospere (quam diis gratiam habeo) quam per illa tempora fortuna vtor, quodque quare confidam plus iam est, ac plus certè vini bibo, neque tamen quenquam pulso, propterea quod secundiore vos quasi tempestate vti video. Quid enim turbulentis tempestibus concitato mari, nonne videmus irasci iis qui in prora sunt, proræ magistrū: iis qui in puppi sedent, gubernatorem, illi siquid vel in leuissimis rebus, ad nutrum minus respicientes, offenderint: ob eam nempe causam quod minima tunc peccata facile omnia perdere ac pessundare possunt. Quid dicam & vos tunc tacite iudicasse, iure illos à me cædi? Nam qui non suffragia tunc, sed arma habentes circumstebatis, poteratis sanè, si ita visum esset, iniuriam propulsare: sed neque cuiquam auxilio fuitis, neque mecum in peccantes animaduertistis: atque id minimè fuit ex vnu vestro futurū. Ex eo enim improbissimus quisque vobis connuentibus, existimauit licitum sibi quem vellet iniuria afficer. Nihil enim dubito, quin si hominum facta notare volueretis, eosdem fueritis tunc ignauissimos, ac nunc petulantissimos cognituri. Atque huius rei documentum in promptu est. Boiscus pugil Thessalus, illis temporibus nos incusabat quod se cogeremus cum labore summo scutum ferentem iter facere: idem nunc (vt ego audio) Cottoritanorum quampliū mos spoliauit. Hunc vos pro vestra prudentia, longè aliter quam canes tractare debetis. Nam ferociores quidem canes perique interdiu vinciunt, noctu dimittunt: hunc vos, si quod æquum est feceritis, nocte vinclum tenebitis, interdiu solutum dimitteris. Illud verò vehementer miror, vestrum quenquam, siqua in re se à me lassum putet, meminiisse id, neque omnino reticere: at si aut contra frigoris vim aliquid reperi, aut hostium aduentum multo ante nuntiavi, aut morbo laborantes, vel inopia, subleuauit, nemo id omnino recordatur: neque siquid etiam benemeritum laudaui, aut pro facultate mea honore ac præmiis affeci. At quanto fuit iustius, quantoque optabilius, ac magis piū, beneficiorum potius quam iniuriarum meminiisse?

Ex libro sexto.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Quum tæderet Græcos eius militaris administrationis, quæ penes paucos duces erat, placere tque rem omnem vnius potestati permittere, uno ore regum summam ad Xenophontem deferebant. Is & sua sponte in eam partem ferebatur, vt imperium recusaret, & extis deterritus est, quæ verbant ne eam administrationem caperret. Ita quod e in concionem venit, quæ de eo ipso habebat: & primùm causas quomobrem imperium recusaret, exposuit, & ad extremum illud se extis admonitum eiurare dixit.

EΓΩ, ὡνδρες, πόλεις μὲν τὸν οὐδὲν προσάθμος, εἴ-
το αὐτούς τείμα, ταῦχεν ἔχω, καὶ βέλχους οὐ
ταῖς μοι τοῖς θεοῖς ἀπὸ ποὺς οὐδὲν αἰγαλοῦ φύεσθαι· τὸ
μέρη τοι εἶμεν πεφεριδίναια φύελον ἄρχοντα, Δακεδαμο-
τιους αὐτὸς παρέντος, οὐδὲν μέντος, οὐτε οὐδεὶς συμφέ-
ρον ἐστι, διὸ οὐλον αὐτὸν τῷ χαίρειν, εἴπει σύνοιδε παρ' αὐτοῖς.
Εἴη δὲ αὐτὸν οὐ πάντα ποιεῖσθαι πότε αὐτοφαλές ἐστι. οὐδὲν γένεται
τὴν καρτῆν πατεῖσθαι μην οὐ πεφερεῖν επιώσαται πολεμῶν
τες ποὺς εποίησαν πάσαν. Η̄ πόλιν οὐ μολοχεῖν Δακεδαμο-
νίους γένεται τῇ μηρόνας ἐστι. εἴπει τὸ πέπτον αὐτούς πούς ποτε
ἐπιώσαν πολεμῶντες, καὶ τὸν οὐ πέρα εποιεῖρκησαν η̄
πόλιν. εἰ οὐδὲ τοῦ ξένου ὅρμην δικοίλην οὐ ποιεῖσθαι μη-
γένεται ἄκμην ποιεῖν τὸ ἐκείνων αἴτημα, ἐκεῖνα ἄνθρωποι, μη

λίαν αὖτε πεχθωφοριασθεῖσα. ὁ δὲ νύμερος σημεῖται διὰ τοῦτον
αὐτούς εἴναι εὐός ἀρχοντος τὴν πολιάν, οὐδὲ οὐ πάλιν καὶ
εἰόμενοι οὐχ θερίστε μεταστάσεις. νομίζω γένεται πέρι
τὸ πόλεμον αὐτούς εἰς τοὺς ἀρχοντας, τοὺς τούς εἰσαγόντες
ποτελεῖσθαι αὐτούς εἰς τοὺς ἀρχοντας, τοὺς τούς εἰσαγόντες
ποτελεῖσθαι αὐτούς εἰς τοὺς ἀρχοντας. τοὺς τούς εἰσαγόντες
Αλλ; ὡνδρες, οὐ πάντα εἰδίπτε, οὐνταί οὐδὲν θεοῖς πατέται
καὶ πάσας, οὐ μην εἶρον, επει τούς οὐμετέραν γνώμην πάτε-
ρούμενοι, εἴδουμεν εἰς βέλπον εἴναι οὐδὲν τε εἴροι διδοτρέψαται
τούτους τοὺς ἀρχεῖς, καὶ οὐδὲν ταπεστήναται. καὶ έρωτι οἱ θεοὶ
οὐποὺς σὲ τοῖς ιεροῖς εὐημηναί οὐ καὶ ιδύοτες αὐτούς γνῶμας,
οὐ τούτους τοὺς μοναρχαῖς αὐτοῖς μετέβαται με τοῖς

E A D E M L A T I N E,

Romulo Amasaeo interprete.

EGO, milites, magnopere lator, quum tantum mihi video à vobis honorem habe-
ri, siquidem humano sensu præditus sum: ac vobis sanè gratiam habeo, deosque o-
ro ut mihi eam facultatem dent vt vobis quam optimè aliquando consulere po-
ssim. Sedenim mihi non video cur studeatis imperium decernere, quū Lacedæmoniū
hominē habeatis: id verò ego si accipiam, neque ē vestra, neq; ex mea re fore arbitror.
Nam & vobis si fuerit aliquando ad Lacedæmoniorum opem configiendum, quod
se hoc facto lassos interpretabuntur, minus illi se æquos præbebunt, & ipse qui potero
hanc inuidiam sustinere? Evidem Lacedæmonios video nō antè desississe patriæ meæ
bellum facere, quām armis nosipso etiam sibi parere coegerunt: vbi verò imperata fa-
cere non recusauimus, à bello illi gerendo atque obsidenda vrbe destiterunt. Quæ quū
me non prætereant, si nunc ea in re quæ arbitrii mei est, eorum officerem dignitatii, il-
lud sanè mihi magnopere esset metuendum ne me illi facile intra ordinem redigerent.
Quod verò facilius multo contineri in officio militem posse existimatis vnius quām
multorum imperio, illud vobis persuasum velim, quemcunque summæ rerum præfe-
ceritis, nullam me in vllum vñquam seditionem concitaturum. **N A M** qui in bello cō-
tra imperatorem suum seditionem concitat, is in suam ipsius salutem seditionis est.
Quod si mihi imperium deferretis, nihil omnino mirarer si quamplurimi & mihi &
vobis offensiores existerent. *Et paulo post.* Vt rem planius cognoscatis, deos deásque
omnes, milites, iuro, simulatque vestra mihi voluntas perspecta fuit, per exta me à diis
quæsisse conduceré tne vobis mihi imperiū mādere, ac mihi illud accipere: illos verò tā
apertis clarisque signis mentem mihi suam explanasse vt nemo in extis iudicandis tam
rudis sit & indoctus, quin fuerit, si ea inspexisset, cognitus mihi ab hoc imperio absti-
nendum.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Diuferant copias Græci, & diuerfis itineribus in Græciam contēdebant. Eorū partim
oram maritimam legebant, partim mediterraneas regiones sequebantur: nonnulli e-
tiam se in deuia populādi auiditate coniciebant. in hoc postremorum numero erat He-
gesander quidam, qui Arcadibus præerat. Is quum in Thracum castellum quoddam ir-
ruisset, ab iis primū in fugam actus est, deinde in tumulo obfessus in quem se recepe-
rat. Ad eum liberandum suos incitauit hac oratione Xenophon. Docet sua omnium in-
tereſſe plurimū vt ii salui sint: neque id sibi vtilitati tantum, sed etiam laudi cesserum
si obſidionem illam ſoluerint. itaque eos inſtruit: præcepta dat quomodo & ruto & feli-
citer hostem aggrediantur.

AΝθρες ἑραπόταται, οὐδὲν Αρκεδανοὶ οὐδὲν τετράστοι, οὐδὲν
λοιπὸν ὅπλα λόφου ποὺς πολυρκοῦται. νομίζω δὲ
εἰς ὄπεινοις πολυρκοῦται, οὐδὲν ήτον εἰδέμενα τοτε
εἰς. οὐτε τοὺς πολλῶν ὄγκων πολεμίων, οὐτε τοὺς πενθαρτού-

των. κράπτον οὐδὲν οὐδὲ ταχεῖα βοηθεῖ ποὺς αἰδράστη
όπως εἰ εἴσιστοι, οὐδὲ εἰσενοῖς μαχώμενοι, οὐδὲ μό-
νοι λεφθέντες, μονοὶ καὶ κινδυνεύοντες, οὐδὲ μηδὲν οὐδὲ
ποτε δευτέρα μεταπολεμήσοντες οὐσοι αὖτε δοκεῖ περὶ τούτων

εἰς πόλιν ποτίσθησα. οὐδὲ δὲ αὐτὸν μέσα, Τιμασίων
χρων τοῖς ιππεῖς περιελαυνέτω εὔφορῶν ήμας, καὶ σκοτεῖ
το πάντας θεραπεύειν, οὐδὲ μηδὲν ήμας λαθεῖ περέπεμψε δὲ καὶ
τοὺς γυμνιστὰς αἰθράτους θεραπεύεις εἰς τὰ πλάγια καὶ τὰ
κέφαλα, ὅπως, εἴ του πάνταν κατέβορεῖς, πικρίνεις ἐκάλεσε δὲ
καὶ τὴν ἀπάντη ὁπλήν ἐπιτυχάνειν κανοίριον. Ημεῖς δὲ γε
ἀποδράσιν δὲ οὐδὲμοις, οὐδὲν δὲ πολλήν εἰς Ηε-
κλεῖν πάλιν αἰπέντας, πολλὴν δὲ εἰς Χρυσόπολιν διελεῖν, οἱ
ἡ πολέμου πλησίον τοῖς Κάλαποις δὲ λιμένα (ἐντελεῖ Χείλεος
φον γοργούσιμον εἶναι, εἰ σέσωσε) ἐλαχίστην οδόν. Διῆδη δὲ καὶ
μὴ οὔτε πλοῖα δύνανται οὐδὲν αἰστοπλυσούμενα, μέροισι δὲ αὐτῷ

οὐδέμαται ημέρας δύναται πάντα πολιορκουμένων
ἀπολογεῖν. οὐδὲ πᾶς Χειρούργος μάνιος κάκιον δύναται
διαδύνειν πάνταν τοῦ, πάντας εἰς ταῦτα ἐλθόντας, κοινῇ
τῆς στρατείας ἔχειται. ἀλλὰ χρὴν οὐδὲν πεπονθυσασμένος τῶν
μαρτύρων πορθεῖται οὐδὲν ἡδίκλεως πελθυτού δύναται, η
καταίσονται δέ τοις ἐργασταῖς, Εὐλυκας Σπουτεῖς πασαντας.
καὶ οὗτος οὐτε δέ τοις, οὐδὲ τοῖς μεταλληροπάντας,
οὐδὲ πλεῖον φρονοῦται, τελειώσας βουλευταῖς ήμας δὲ, τοῖς
ἐπι τοῦ θεοῦ δράχειροις, ἐπιμοτέροις ἐκείνων κατεστη-
σαν. αἵ τε πάντας χρὴν καὶ πεσούσθαι τοῖς νοῦσοῖς αὐτοῖς πα-
τερεύσασθαι διενέσθησαν.

Eadem Latine,

Romulo Amaseo interprete.

Milites, ex Arcadibus multi iam perierunt, alii in tumulo quodam obsidentur: quod si deleti fuerint, neque nos arbitror, in tanta hostium multitudine atque audacia, incolumes hinc euadere posse. Optimum igitur fore existimo, si quam celerrimè nostris subfido veniamus, vt, si adhuc viuunt, cum illis coniuncti contra hostes pugnemus, ac ne eorum praefidio destituti, soli periclitemur. Ac statim eundum ceseo: neque prius castra locanda, quam cenæ tempus fuerit: quantis per verò iter faciemus, Timasion cū equitatu anteeat, ac quæ opus est omnia prospiciat, ac speculetur nequid nos lateat. Præmisit etiam ex leui armatura expeditissimum quemque in latera ac montis iuga, vt hi quicquid speculati essent, significarent: atque iis imperat ut quicquid offendissent quod incendi posset, irerent. Quò enim, si fugerimus, redeamus? Longè hinc abest Heraclea, si forte è redire cogitemus: neque possimus breuiore via Chrysopolin accedere: & hostes proximè adsunt. Atenim in Calpes portū (quò Chirisophum, si modò) is adhuc incolumis est, peruenisse putamus) via est multo breuissima: verum neque naues illic sunt, quibus auehamur: neque in vnum duntaxat diem, si comorati fuerimus, cōmeatus suppetent. Huc accedit quod si qui nunc obsidentur perierint, cū sola Chirisophi manu pericula nobis fuerint adeūda: sin seruati fuerint, rursus congressi, communiter salutis rationem aliquam inibimus. Quin ita comparatis animis proficiisci nos oportet, vt vel gloriosem mortem opperamus, vel magni & præclaris alicuius facinoris nobis laudem, quum tam multos Græcos seruauerimus, comparemus. Atque haud scio an quis fortasse deus eorum arrogantia vindex, in hoc eos discrimen impulerit, vt nos qui deorum auspicia semper sequuti sumus, multo illis clariores redderet. Sed maturandum iam est, atque illud in primis videndum, vt diligenter quæ imperata fuerint exequamini.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGUMENTUM.

Aperagrabus confinia Ponti Græcis, & Bithyniam intrantibus, occurrit hostiū manus contracta ex Bithynis, & ex Pharnabazi copiis, ad iter illis obstruēdum. Ibant autē expediti & parati ad conflictum Græci. Verū, habebant à fronte syluam densissimam: quæ quum eorum alacritatem moraretur, Xenophon, qui in exercitu primas tenebat, cohortatus eos est hac concione, vt perrumperent, & per syluam penetrarent quod contendebant. Argumenta sunt à fidelitate perpetua suorū cōsiliiorum, & à necessitate rei vi esse aperiendam viam: ab audacia inequentium & vltro hostem petentium, timideitate pedem referentium: ab opportunitate dimicandi, si syluam persecent: ab exemplis asperorum locorum, quæ ipsi superarunt: ab enumeratione aliorum perfugiorum, in quibus nulla salutis via ostendatur.

Aλλα τοις μηδὲ με, οὐδὲν είναι πανταχούντων περιποτα-
μένον τοῖς αὐτοῖς περιποταμοῖς πανταχούνται, οὐδὲν
τούς οὐδὲν εἰς αὐτοποτήτα, αλλὰ σωτείας. τούς δὲ οὐτας
τούς αὐταχούνται περιποταμοῖς πανταχούνται. Λιγότερον δὲ μηδὲ
μετέντελον τοῖς τούς περιποταμοῖς, οὐτοις οὐδὲν, εἰς αὐτοποτήτα,

εἰς λιγότελον τοῖς περιποταμοῖς πανταχούνται. εἰς τοῖς δὲ περιποτα-
μοῖς τοῖς αὐτοῖς περιποταμοῖς πανταχούνται, οὐδὲν
τούς οὐδὲν εἰς αὐτοποτήτα, αλλὰ σωτείας. τούς δὲ οὐτας
τούς αὐταχούνται περιποταμοῖς πανταχούνται. Λιγότερον δὲ μηδὲ
μετέντελον τοῖς τούς περιποταμοῖς, οὐτοις οὐδὲν, εἰς αὐτοποτήτα,

τεῖς ἵππεας; πῶς δὲ ἀνέληπούθενδι οὕρι, τις πεπλασαὶ
τυσσίδε ἐφέποντα. οὐδὲ ὃδι καὶ στρῶμα δῆλον θάλασσαν,
πόσσον πανάπος δὲ Πόντος, εἴναιον οὐδὲ πλεῖστος τοις αἰτίαις
ταῖς, ὅπερ στης ὁ θρεψίμετες μάρτυρες; δικόν τοι, αἴ ταῦτα έ-
κει γρήγορες, θάσιον ἔβινενα πάλιν δῆλον τοις θητηγα.
τοιούς γε γειτονίας μάχεσθαι ηὔπειρον αἰνεί-
στος. αὐτὸρες τά τε ιερά ήμιν καλαί, οἵ τε οιωνοί αἴστοι, τοι
τε σφράγια κάλλιστα· ταῦτα δῆλον τοις αἰδροῖς, οὐ δεῖ ἐπ τού-
τοις εἶπεν ήμαδις πάντας εἶδον, ηδέως δέπηνος; οὐδὲ ὅπου
αὐτοὶ έθέλωσαν στηλῶν ήσαν.

Eadem Latine;

Romulo Amasæo interprete.

HO C vobis, milites, persuasum velim, me quidem prudentem nullius vobis periculi autorem fore: neque enim gloriam iam vobis sed incolumentem experimentam intelligo. Sed ita se res habet: non est quod speremus sine pugna nos hinc euasuros: etenim si hostes non adoriamur, illi nos, quum hinc retrocedemus, a tergo vrgebunt. Considerate utrum vobis satius esse videatur, aduersosne vos in hostem arma inferre, an vero aueros vrgentium impetum excipere. Illud certe dubitare non debetis qui ab hostibus discedunt, eos nihil honestum facere videri: qui fugientes insequantur, saepe ex ignavis alacres & fidentes reddi. Ego medius fidius multo malim cum dimidio minore manu insequi, quam discedere cum duplo maiore: & illud etiam satis scio, nihil vos metuere ne nostram illi impressionem sustineant. At cui dubium esse possit, ausuros nihil magis quam discedentes insequi: Erit præterea, si saltum superauerimus, eius nobis difficultas a tergo relicta, magno utique auxilio, quum pugnandum fuerit: qua sane commoditate cupide vti debemus. Nam hostibus equidem velim omnino transitu facilem locum videri, ut discedant: nos vero etiam a loco doceri oportet, non aliunde quam ex victoria spem salutis ostedi. Nihil autem magis miror quam esse quibusdam saltum hunc formidolosiorum quam tam multi fuerunt quos ante superauimus. Est utique, nisi equitatum hostium vicerimus, difficilis ex tam importuno loco exitus. Quid autem? quales tandem, quos adhuc superauimus, montes fuerunt? qui poterimus tam multo a tergo vrgentes peltatos effugere? Sed fac ad mare incolumes redeamus, quantus denique saltus ipse Pontus est? Vnde vero naues quibus auehamur? Vnde frumentum quo, si manscrimus, alamur? Erit, mihi credite, quam primum illuc venerimus, frumentatum a nobis exeundum: quanto vero melius nunc praesos pugnare nos quam cras ieunios? Quid quod pulchra exta fuerunt, secunda deorum auspicia: ac bellissime litatum est: Agite viri fortissimi, in hostem alacriter eamus: non est ferendum coenare eos hilarè postquam nos omnes viderunt, neque quo loco ipsi velint pernoctare.

XENOPHONTIS ORATIO.

A R G U M E N T V M.

Annexa est hæc superiori, idcirco non prætereunda quia habet egregium specimen cohortationis, ad animandos milites in ipsa iam conserenda pugna.

Α Νδρες, αἱ ἀμαρτίνοις εδεῖσας δὴ μάχας σωὶς τοῖς
θεοῖς ὁμόστιοντες νενικήκατε, καὶ οἵα πάρεστιν οἱ πο-
λεμίους φθύοντες. καὶ τοῦτ' ἐνοίσατε, ὅπερι ταῖς θύ-
ραις τῆς Εὐλαδὸς ἐσφράζετε. ὅμηρος τῇ Ηγεικλῆ,

E A D E M L A T I N E,

Romulo Amasæo interprete.

Recordamini, milites, quot præliis antè, deorum ope freti, hostem viceritis : considerate quibus incommodis qui fugiunt afficiantur : cogitate nos ad ipsas iam

Græciæ portas venisse. Agite, Herculem ducem sequimini, ac vicissim vos cohortamini. Iucundum certè futurum est, apud quos maximè velitis præclarè dicta factaque vestra testata relinquere.

Ex libro septimo.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Indignè fuerant accepti Græci à Byzantio Eteonico, sed qui oriūdus erat Lacedæmonie. Nam ex vrbe emissi, obstructis portis fuerant obiecti hostibus. Hanc iniuriam vlturi, statim vrbis moenia condescenderant, & in vrbe irruperant. Ingressi Xenophontē vngabant, vt causam susciperet, vrbelm inuaderet, se quod eius potiatur, omnia facturos. Is quum ardentes furore aspiceret, non recusauit præfracte: sed vt æquiores haberet eos, interiecta aliqua mora, conuenire & instrui iussit, & quid facere ipse vellet operiri. Vbi conuenissent, hæc apud eos est concionatus. Docet neque id sibi expedire, neque omnino suis rationibus conuenire: nec si ita sit, tamen in iis rerum angustiis facere posse. His enim vtitur argumentis: olim firmiores se cum Lacedæmoniis (tenebatur autē ea vrbs à Lacedæmoniis) bello contendisse, & tamen superatos, nedum vt per suam tenuitatem nunc possint: nec ob paucorum iniurias in omnes esse sciuendum. Barbaris se pepercisse, multo esse æquius Græci nominis vrribus abstinere: deferendas esse potius suas iniurias ad præfectum eorum à quibus violati sunt, & iure agendum.

OTI μὲν ὄργιζεσθε, ἡδίδρες στραπῶ, καὶ νομίζετε δέ
να πάχειν Καπαπάδμοι, οὐ θαιμάζω. εἰσὶ δὲ τῷ
Σωμῷ χαῖεις μεθα, καὶ Δακεδαιμονίοις τε τοῖς παρόντας
τῆς Καπαπάδης πιμωρηταί μεθα, καὶ τοῖς πολίν τοῖς οὐδὲν
αἴτιαν διερπάσσοιμοι, οὐδυμήποτε αἴτιαν ὑπεδέν. πολέ-
μοι μὲν ἐσμεθα ἀποδεῖτε μενοῖς Δακεδαιμονίοις τε καὶ
τοῖς συμμάχοις, οἷος δὲ πολέμος αὐτὸν εἰκάζειν δὴ
πάρεστιν ἔργων καὶ αἰνανθέτας τὰ γεῦδὴ γεγε-
νηδόντα. οὐδεὶς γὰρ οἱ Αθηναῖοι εἰσήθορμοι εἰς τὸν πολέμον
τὸν περὶ τοῖς Δακεδαιμονίοις καὶ τοῖς συμμάχοις, ἐχοντες
τελετριεῖς, παῖς μὲν ἐν θαλάσσῃ, τεῖχοι δὲ τοῖς νεαροῖς, ἐπί-
λαύποις περγακοσιών. Σταρχότων δὲ πολλῶν χρημα-
των ἐν τῇ πόλει, καὶ περοδεῦον οὐ τοῖς καὶ ἐνιαυτοῖς ἀπό τε
τῆς οὐδέντες καὶ ἐν τῆς γερροειδεῖς, οὐ μείον χλιών πα-
λαῖτων, ἐρχοντες τε τοῖς γένοσιν αἴτιον, γένεν τῇ Αἵδια
πόλεις πολλὰς ἐχοντες, καὶ οἱ τῇ Εύρωπῃ ἀλλας τε πο-
λαῖς καὶ αὖτε τῷ Βούζανον, οὐ που γε ἐσώμενοι ἐχοντες,
καὶ πεπλευθήσθων οὐ τοῖς οὐ παῖς τε βοτίσασθε. ιω δὲ δὴ
πιοῖ μετειπα ταῖς θεῖαι, Δακεδαιμονίοις μὲν καὶ οὐδὲν Αχαϊῶν
συμμάχον Σταρχότων, Αθηναῖοι δέ, καὶ οὐσιοκεί-
νοις ποτε θεαν σύμμαχοι, πάντων περεστήσθησθαν. Τι-
αταφέρουσ δέ καὶ τῷ δῆλῳ θαλάσσῃ ἀλλων βαρερών
πάντων πλευμάσιον ἥτιν ὄντων, πλευματέπον δὲ ἀπει τῷ
αἴωβαστόντες ὃν πληθυνόμενοι πεποντές δέχονται, τῷ
ἀποτενοῦτες, εἰ διαιμέδα: Τούτων δὲ παντων οὐδού
ὄντων, εἴ τις οὐ τοῖς ἀφρων οὖτις οὐτεποτὲ ημέρας πειρηθεί-
ται: μηδὲ τοῖς θεῶν πλαγάμενα, μηδὲ αἰχθόντες πειρηθεί-
ται, πολέμους οὔτε τοῖς πατράσι, καὶ τοῖς ιμετέ-
ροις αὐτοῖς φίοις περιειστοις. ἐν γὰρ τοῖς πόλεσιν εἰσι
πάντες τῷ εἴφημας προστυχούμενοι. Καὶ μηδὲν εἰ βαρερών
μηδὲ πολίν οὐδεμίαν πέπλησσαμεν καταπολεῖν, καὶ τοῖς πα-
κρατοῦτες, Επιλίσια δέ, εἰς λιθοπόντον πλαθόντοι πόλιν,
Ταύτης Καλαπάζουμ, ἐποίησαν Σίνην θύρομα, φοίνι-
κῶν πλεύσειν υφενόμενοι πλεύσασθαι, μείζαν γένεται τῆς
γῆς οὐργας γηράσαν. καὶ μηδὲν συμβουλεύσαν, Επιλίσιας οὐ-
ταῖς τοῖς Επιλίσιοι περεπλεύσθων εἰς τοῖς πόλιν, αὐτοὶ λι-
γνάκιαν πλαγάμενοι, εἴσι δὲ μηδὲν ποτε τοῦ πατέρα
μηδὲν τῆς γῆς Επιλίσιος μηδὲν περιπλεύσασθαι, καὶ νῦν μη
δοῦν πειραντας Αἴγαζισιων εἰπεῖν οὐτε ημέρας εἰδὲν βιαιον
πειραστες παρεπλιπάσθων εἰς τοῖς πόλιν, αὐτοὶ λι-
γνάκιαν παρεπλιπάσθων εἰς τοῖς πόλιν, εἰ δὲ μηδὲν, αὐταὶ
μηδώσαστες οὐδὲν ὅπερι οὐκέτι Καπαπάδμοις αἴτια πειρασθω-
μένες χρημέδα.

EADEM LATINE,

Romulo Amaseo interprete.

Quod irascimini milites, ac planè quod decepti fueritis acerbum & iniquum du-
citis, nihil sane miror: at si iracundia obsequentes, & ex Lacedæmoniis eos qui
nunc adsunt, ab illis delusi vlciscamur, & ciuitatem nulli affinem culpæ diripi-
amus, quæ cōsequitura sint certè prouidere debetis. Primum enim effugere nullo pacto
possimus quin à Lacedæmoniis & eorum sociis hostes publicè iudicemur. Qua verò
conditione bellum cum illis gesturi simus non erit difficile existimare, si nostrum sta-
tū cum superioribus temporibus contulerimus. Nos Athenienses bellū contra Lacedæ-
monios suscepimus, quum triremes partim iam deductas, partim in armamētariis ha-
beremus, haud minus quam quadringentas: pecunia verò & ex ærario abundè suppe-
ditaret, & ex vectigalibus, quam aut populares aut externi penderent, annua talenta
mille

mille caperemus: idem insulis ferè omnibus imperaremus: vrbes quoque in Asia multas, & in Europa cum alias, tum hoc ipsum, vbi nunc sumus, Byzantium teneremus. Debellati tamen sumus, vt planè omnes scitis. Hoc autem tempore quorsum euasuros conatus nostros putatis, quo Lacedæmonii cum Achæis societate coniuncti sunt: Atheniensium verò ac omnium qui socii illis antè fuerant, res propè sunt afflitæ ac perditæ: Tissaphernes & cæteri qui maritimæ oræ imperant, nobis hostes sunt: ac omnium maximè superioris Asiæ rex, cui & imperium & vitam simul ereptam voluimus: Hæc quum nobis simul omnia aduersentur, quis est tam rerum omnium imperitus qui nos incolumes hinc euasuros existimet: Ne per deos immortales insaniamus, nec turpissimè nos perditum eamus, ipsis propè parentibus atque amicis ac necessariis nostris bellum inferentes. Et cogentur illi quidem vñà cum suis eorum quisque ciuitatibus contra nos arma capere: neque iniuria. Nos enim quum nullam planè ex barbarorum vrbibus occupare voluerimus, atque id aliquoties in potestate nostra fuerit, quamprimum Græcorum vrbē attigerimus, eam diripiems: Ego mehercule, antequam hæc fieri videam, opto infra terram passuum x millia detrudi. Nunc eo vos in patriam animo esse oportere censeo, vt si possitis, eos qui vrbī huic præsunt, precibus & adhortationibus vt officio in vos suo fungantur adducatis: id si minus possitis, Græciæ tamen vrbibus neutiquam vobis interdictum esse velitis. Ac nūc ad Anaxibium mittendos censeo, qui doceant in hanc vrbem redisse nos, non vt iniuria quenquam lacefseremus, sed vt ab ea commodi aliquid caperemus: id si minus consequuti essemus, vt non fraude electi, sed voluntate dimissi videremur.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Interclusum erat Græcis maritimum iter: terra verò adit' patebat, sed laboriosus: nec obscuræ erant illius insidiæ, qui iis conditiones ferebat, quibus illis pedestre iter patefaceret. Erat autem in iisdem illis partibus regulus, cui nomen Seuthes, qui Græcorum opera ad sua recuperanda vt cupiebat. Quod si impetraret, cumulatè se iis satiffactum pollicebatur. Itaque Xenophon hoc loco proponit in concione ancipitem illam rei gerendæ conditionem. Sententiam suam dicit hanc, vt sustineatur assensio, vsque dum res sit explorator, quæ promittebatur. Ideo & ad commeatum conquirendum, & rem eam inuestigandam iter conuertant.

Andres, διάτεται μὴ ἐνδα βουλόμενος, οὐτε προσταχθεὶς, οὐτε προσταχθεὶς, τεκτίπεις ἔχων, καλύπτει ὡς τε εἰς πλοῖα τὸν αὐτοφαλές εὑνείνειν. Καὶ δὲ αὐτὸς εἰς Χερρόνηον καλύπτει Βία
διὰ τὸ ιερὸν ὄρος πορθεόντων. Λῦ δὲ κρατήσατες Τίγρην
ἔκειτο ἐλάσσω θρυ, οὐτε πελάσσοντες ἐπὶ φυσὶν ὑμᾶς, ὡς τῷ οὐτε
Βυζαντίῳ, οὐτε Κασπανίοντες ἐπὶ θυμῷ, διὰ τὴν φύσιν
μαδῶν μᾶλλον, οὐτε πελάσσοντες ἐπι, ὡς τῷ θυμῷ, οὐτε πελάσσοντες
τῷ θυμῷ διατηδείων. Καὶ μὴ ταῦτα λέγε. Σεβῆς δὲ φυσὺν,
αἱ τὰς ἐκεῖνον ἦτε, διὰ ποιήσοντες ὑμᾶς. νῦν οὖν σκέψασθε

πότερον ἀνταρτεῖτε μάρτυρες Τελπο Βουλαθεσαδε, οὐτε τὰ διπλά
δεῖα ἐπανελθόντες. Εμοὶ μὴ οὖν δοκεῖ, ἐπει τοιαρτεῖτε οὐ πε
δρόνειον ἔχοντες οὐτε προερχόμενον, οὐτε αὐτούς Δρυγείου
ἔποι λαμβάνειν τὰ διπλά δεῖα, ἐπανελθόντες εἰς τὰ πού
μας. Θεοὶ οὐ πολιτείας οὐ πολιτείας εἰς τὰ διπλά δεῖα,
καὶ αὐτούντες οὐ, π της οὐδεὶς δεῖται, αἴρεσθαι οὐ, π
αὐτούντες δοκεῖ πράπτονται οὐ. Καὶ οὕτω οὐτε οὐτε τὰ δοκεῖ, αἴρε
ται πώ ποτε.

E A D E M L A T I N E,

Romulo Amaseo interprete.

IAM non licet nobis milites, quò constitueramus hinc enauigare. Aristarchus enim quum triremes habeat, nobis obstat, neque satis tutò naues possumus descendere: ac idem imperat vt per sacrum montem in Chersonesum proficiscamur. Quod si itineris difficultate superata eò peruenierimus, iam neque venditum nos, neque vtī Byzantii evenit, circumuentum iri promittit: illic enim stipendia nos accepturos: neque causæ quicquam fore quin commeatus in promptu nobis sint. sic ille quidem affirmat. Rursus Seuthes, quū ad se veneritis, spondet benigna vobis omnia apud se & prolixa fore. Vos itaque vel prius quām hinc discedatis decernite, vel ad quærendos cōmeatus iam proficisci mīri. Mihi quidem, quoniam neq; pecuniam habemus qua quod opus est mercemur, neque nobis quæ vitæ vslis postulat ab his gratis dantur, optimum factu videtur vt in yicos reuersi, quæ opus sunt ab iis sumamus quos facilè vel cogere

T.i

vel adducere possumus ut ea nos sinant asportare, quæ nostrum quisq; ad usum suum expedit. Atque id arbitrii vestri sit: cui tamen idem videtur, is manum tollat.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Seuthes, qui Græcos mercede conductos ad res suas recuperandas duxerat, non ster-
ter promissis. neque enim menstruum stipendium expenderat, neque omnino libe-
raliter Græcos acceperat. Itaque paenitebat eos eius militiae, quum Lacedæmonii, qui tu
in iis locis erant, ut eos sibi asciscerent copiarum duces nonnullos tentarunt: quotum
aliqui simultatem cum Xenophonte, tantum liuore stimulati, gerebant. Erat autem a-
liud Xenophontis consilium & alio prorsus spectabat. Itaque Lacedæmonii in Græco-
rum castra quum venissent, coepissentque omnia largiter polliceri, facile multitudinem
peruicerunt. Allectus miles Xenophonti infensus fuit: nec defuerunt seditionis, qui eum
criminibus obruerent, & lapidationis autores esse vellent: quod dicerent se ab eo duce
miserrime esse acceptos, & foedissima omnia tolerasse: interuersam esse ab eo pecuniam,
à Seuthe in stipendia militum expensam. Xenophon ut ea crimina diluat ab hoc poste-
riore initium petit: nam peculatus crimen, prius repetita summatim suæ administra-
tionis ratione, depellit: se quod è re omnium esse iudicaret, & quod illud tempus postu-
laret, suassisse: nec ab illorum voluntate sua consilia abhorruisse. Interposita religione
confirmat non modo se nihil publicum auertisse, sed ne suum quidem abstulisse: incau-
tè fecisse, non improbè, & tamen non necessariò. Ad alterum crimen refutandum ra-
tionem suorum cōsiliorum, & rerum gestarum ac temporum, repetit: labores, benevo-
lentiam suamque ab initio institutum ostendit. Ingrati animi vitium in iis reprehendi-
vit, quum successus minimè paenitendos perhibet.

εἰδεῖ πάντας καὶ τοις μᾶλλον φύει
γάρ καὶ τεσσάπων καὶ αὐτραπῶν μετέχεται καὶ πολέ-
μου οὐδένα ἔπειτα ὁρῶμεν, ἐπειδὴ τὸ ιππικόν ήμεν τοσο-
γύνετο πεινάς δὲ ταρσαλέων ήμεν ἐφέπυγε οἱ πολέμιοι γῆ-
πιπικῷ καὶ πετασικῷ, καθύοντες μηδαμῇ κατ' ὄλι-
γοις ἀποτελεσματικόν ταῦτη θέμεται αἴθοις πέρης ήμεις
πεῖραδαι. εἰ δὲ δὴ ὁ συμπαρέχων ήμεν ταῦτα τὸν α-
σφάλειαν, μη ταῦν πολὺ μαθὼν πεσετελεῖ τῆς ασφά-
λειας, τοῦτο δὴ τὰ θέματα τὸ σέτλιον, καὶ μὴ τοῦτο οὐδὲ
μηδὲ κείναι τοῦτο μηδὲ αἴθοντος τοῖς θητηδίοις,
τοις δὲ οἱ ἔχοντες τοῦτο, πέλασεπι τοῦτο Σεμίθου, τὰ
τὸ πολεμίων ἐδαπανάπι; γέτε ταῦτα πεσετελεῖς, γέτε αὔδρας
ἐπειδὲ πάντη οὐδὲ τοῦτονόν τας, γέτε κανταὶ απεβάλετε.
εἰ δέ τι καλὸν ταῦτα τοῖς ἐν τῇ Ασίᾳ βαρβάροις εἰπεῖται
κτούμην, οὐκ ἀκείνοισαν ἔχετε, καὶ ταῦτα ἀκείνοις ταῦν ἀλλίω
βίκλειαν πεσεψήφατε, καὶ τοῖς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Θράκας,
ἔφεις ἐραστήμεθε, κρατίσσατες; ἐφειδὲ μηδὲ οὐδὲ φημὶ δι
καίων αὐτῶν ἐν τοῖς πατέρεσσι τοῖς, τούτοις τοῖς θάρειν
εἰδέναι τις ἀγαθῶν. καὶ τὰ μὲν οὐμέπερε, τοιαῦτα. σήκτε
δὲ ταῦτα τοῖς θεῶν, καὶ τὰ εἴματα πέτασαδέ ως ἔχει. ἐφειδὲ μηδὲ τοῦ
τοῦ περιποτοῦ αἴτησε οἰκαδεῖ, ἔχων μὲν ἐπαγγεῖλον πολὺ^{τοῦ}
ταῦτα οὐδὲν αἴτησε περιποτοῦ, ἔχων δὲ διὰ ημάς καὶ τοῦτο τὸ
ἄλλων Εὐλίνων βίκλειαν ὀπτινούμενον δὲ τοῦτο Λακεδαι-
μονίων (οὐ δῆλον μετέπειτα πάλιν ταῦτα ήμεις) ταῦν δὲ
αἴπερδοματα περιποτοῦ λακεδαιμονίων υφειδεῖται. τοῦτο
νος, Σεμίθῳ ἐπειχθύμος ταῦτα ημέραν ὃν ἡ λαπτός αἱ δύο ποτέ
στα μεθ' οὐδὲν, ἀποροφίων καὶ ἐμοὶ καὶ λοιποῖς παγῆσιν, εἰ
γέροιτο, καταθίσεσθαι. οὐμεῖς δὲ ταῦτα ὡς ἐχοῦ ἀπίχθι-
μοι τε πλῆσαι, καὶ τοῦ πολὺ κρέπησθαι ηματῖς, περι-
πλατεύοντος τε οὐδὲν τοῦ ποτε πανταχοῦ οὐδὲ διώμαται
αἰγαθῶν, τοιαῦτα τοῦτον ἔχετε πεῖραδαι. αλλὰ ἐχετε μηδὲ
με, οὐδὲ φεύγοντα λαβόντες, οὐτε ἀποιδράσοντες· τοῦ δὲ
ποτίστη αἱ λέγετε, ἵσε ὅπα αἴθρα κατακενούντες ἔσεσθε πολ-
λὰ μηδὲ δὴ τοῦτο οὐδὲν αἴγαπην ησαντα, πολλὰ δὲ σπουδὴν
ποτίστηται καὶ κυριεύεινται ταῦτα, καὶ τοῦτο μέρες τοῦ θεοῦ
τοῦ μέρος, θεῶν δὲ ίλεων οντων, καὶ τοῦ παταία βαρβάρων
πολλὰ δὴ σπουδὴν ησαντα, ὅπως δέ τοι τῷ Ελλήνων
μηδενὶ πολέμους οὐδίσιει, πᾶν δέσσον ἐχεῖτε ἀλιωάμιν περὶ
οὐδὲν μετεπιάσθιον. καὶ γὰρ οὐκ ημῖν ἔχετεν αἴπειται
ποτε πορθεύεσθαι ὅπει αἱ θεάτες, καὶ καὶ γένι καὶ καὶ τοῦ θεά-
τηται οὐμεῖς δέ, ὅπει πολλὴ ημῖν ἀποτεία φαίνεται, καὶ
πλέοντες ἐνταῦθα δὴ οὐδισμεῖτε πάλαι, δέοντας δὲ οὐδὲν οἱ το
μέγιστον δικαιάρδοι, μαθός δὲ φαίνεται, ηγεμόνες δὲ τοῦτοι
Δακιδεξιάνοις κρατήσονται οὐδὲν οὐδέντος εἴτι· τοῦτο δὲ καὶ τοῖς
δοκεῖ ημῖν εἴτι διατάχειται εἶται καταπανεῖν. οὐ μηδὲ τοῦτο γε
εἰ τοῖς αἴτησεις ημέραι, ὡς πετανοῖ μημενικότας τοῖς αἴταις καὶ
πατέρες εἶται ἐκαλέστε, καὶ δεῖται τοῦ θεορέτου μεμηνιταῖ
τοῖς· χεῖσθε οὐ μηδὲν αἴγαμοντες οὐδὲ οὐτοὶ εἰσοι οἱ γει-
τονεῖται οὐδὲν μετέπειτα πάλιν ταῦτα ηματῖς.

E A D E M L A T I N E,
Romulo Amasæo interprete.

Nimirum nihil est quod homini metuendum non sit, quum eas vos mihi res criti-
mini esse velitis in quibus mihi conscius sim cura studiorumque summo vestris ra-
tionibus quam optimè consultum voluisse. Diuerti ego vobiscum, quum iam
nihil quam domum redire mallem: no sanè quòd existimarem posse me vos magno
aliquo beneficio afficere, sed quum vrgeri vos rerum omnium penuria viderem, vt
vos qua possem ope subleuarem. Ac quum per nuntios Seuthes hicce me solicitaret, ac
mihi quiduis polliceretur si vt vos ad se veniretis effecissem, testes vos ipsi esse pote-
stis non potuisse me adduci. Deduxi igitur vos cum in locum vnde quamfacillimè in
Asiam traiicere possetis. Quod maximè vobis conducere existimabam, & vos esse in
eam partem propensiores cognoscebam. Verùm quum Aristarchus cum triremibus
venisset: ac nos traiicere vetuisset, ad vos ego, sicuti res postulabat, de eo quod faciendū
esset retuli. Quo tempore quum Aristarchus vt in Chersonesum veniretis imperaret, ac
Seuthes ad societatem inuitaret, nónne dixistis omnes ad Seuthen eundum, atque id
vestris etiam sententiis declarastis: Dicite igitur obsecro, nunquid ego eo vos læserim
quòd vestræ voluntati obtemperans, vos quòd ipsi maximè voluistis duxerim? Postea
verò quam Seuthes, neglecta quam dederat fide, coepit vos mercede fraudare, si mihi e-
ius factum probatur, iure vos quidem & accusatis me, & odio habetis: sin contrà ab eo
nunc maximè, cui fui cōiunctissimus, dissideo, quānā de causa, qui in vestra esse quam
illiustre potestate malim, nunc à vobis in inuidiam & crimen rapior? Quòd si illud dicitis,
posse me stipendiis vestris interuersis, in causa vestra apud Seuthen prævaricatum: illud
certè perspicuum est quòd siquid mihi Seuthes pendisset, non posset vtique ferre vt &
eo careret, & insuper aliā vobis pecuniam penderet. pendisset enim ille, vt minore mihi
pecunia data, tanto maiore vobis non daret. Quòd si aliter existimatis, si mercedem
vestram nunc à Seuthe exegeritis, facile vtriusque nostrum artem reddetis irritā. Quis
enim dubitet repetitum à me Seuthen quæ dederit, si paetus quod fuerim, pretio
corruptus, ei non præstitero: Sed enim multum abest vt vestra ego vos mercede frau-
darim: ac per deos omnes deásque iuro, Seuthen neque ea mihi dedisse quæ priuatim
promiserat: (adest ipse, atq; hæc audiens, si mentior, periurii me tacitus condemnat) ac,

T.ii.

